qua sanata statim naturalibꝰ natura arridet. Tulliꝰ. Opti
ma forma viuēdi eligenda est. quā iocundā reddet assuetu
do. glo. super illud Mat. xj. Jugū meū suaue est. Angusta
est via q̄ ducit ad vitā. q2 non nisi angusto initio incipit. p
cessu vero tp̄is ineffabili dilectōis dei dulcedine dilatat̄.
Prouer. iiij. Ducā te per semitas eq̄tatis. quas cū ingressꝰ fu
eris non artabunt̄ gressus tui. Sen. Initiū eundi ad virtu
tes arduū est. q2 hij primū imbecille mētis et egre ē formi=
dare inexperta itaq3 cogenda est vt incipiat. deinde non ē
acerba medicina. protinus enī delectat dū sanat. alioꝝ reme
dioꝝ ptꝰ sanitatē voluptas ē. philosophia parit̄ et salutaris et dul=
Comparatō virtutis ad futura bona. Ca. x cis ē

## COmparatione ad futura bona

cōmendabilis est virtus multipliciter. Primo quia
signū est quo distinguunt̄ recipiendi ad gloriam
eternā a nō recipiendis. Eph. iiij. nolite cotristare spm̄. s. in
quo signati estis. &c. Apoc. iij. Ecce dedi hostiū apertū co=
ram te. quod nemo potest claudere q2 modicā habes vir
tutem. i. humilem virtutem. De defectu huiꝰ conquerunt̄
damnati in inferno Sap. v. Virtutis inquiunt nullum qui
dem signum valemus ostendere. Item virtus pignꝰ et arra
est hereditatis eterne. Eph. j. Signati estis spū pmissiois
sancto. qui est pignus hereditatis nr̄e. Quidā tn̄ codices
meliꝰ hn̄t arra glo. Drā est inter arra et pignꝰ. q2 pignꝰ
qn̄ datur soluto eo p quo ponit̄ aufertur. Arra vero est aū
de ipso p̄cio datur aliq̄d qd non est auferendū. sed coplen=
dū. Virtꝰ vel grā est arra btitudinis q2 quedā inchoacō eꝰ
est. ij. cor. j. signauit nos et dedit pignꝰ spūs in cordibꝰ no
stris. Item vnctō ē ad regnum non ad regnū francie. sed
ad regnū glorie. serua vnctōem securus es de regno. j. Jo
hannis. ij. Et vos vnctōem quam accepistis ab eo mane=
at in vobis. hanc vnctōnem facit ipse deus. ij. Corin. pri.
Qui vnxit nos deus ē. nec solū vnctō ē ad regnū futurū.
imo per ipsam viri sancti vitam ducunt regiam in presenti.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-389/0038
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG